pono disputationem finiendam intra horam sextam. mutabitur quia propositio de vera in falsam,
quia post horam sextam affirmat Paulum disputaturum tempore futuro, et non ita est;
nec recurrendum ad alligationem; quia ea propositio non habebat significationem alligatam dis-
putationi in hora sexta, quamvis in illa verificata fuerit, sed indiffe-
renter ferebatur in omne tempus futurum; quia cum ideo verificata fuerit, quia
producta est, eo quod futura erat disputatio in aliquo tempore post prolationem,
ita erit falsa, quia post horam sextam, in nullo tempore futura est disputatio
in quo indifferenter a principio prolationis disputationem enunciabat

... terant iunior, q̃ hic actus oẽs boes, quotq. v. existunt ... ve ... sive mille currunt, n̄ alligat hui pôtius, n̄ quã alteri, sd indifferenter fert in oẽs boes, quotquot fuerint; ... si demũ m̄o octo, de illis enunciabit cursũ, et si advenirent totidẽ denuo de recentibus, et antiquos d. enuntiabit cursũ: ... pote ... illa mentalis mutari de v.ª in falsã; ... pbant ... q̃ pote ... stingere ut ... so sint octo boes, oẽs currant, et station oriant ali, qui n̄ currant, sd q̃ oẽs currunt, ... v.ª, et q̃ ... supervenirent n̄ currentes, ... eẽt falsa ... antea eẽt v.ª, et postea mutaret in f.ª ... Theius ... meminit ... Hurt. illad ... sibi ... opposuit.

Sect. 10. Obiectiones Petri Hurtado dissolvunt.

Obit. 1. P. Hurt. ... q. de aĩa. s. 4. ista ... Petrus currit tota hora 3.ª si semel ẽ v.ª, n̄ pote ẽe f.ª, et si semel ẽ falsa n̄ pote ẽe v.ª; ... q̃ ... de psenti ... stingenti n̄ pote mutari de v.ª in falsã, ... pbat ans, q̃ si illa ... ẽ v.ª, ea roe ẽ v.ª, q̃ Petrus currit tota hora 3.ª, sd ex suppe q̃ Petrus currit tota hora 3.ª, n̄ pote tota illa n̄ currere, ... q̃ ẽ, ... ẽ, necesse ẽ ẽe; ... n̄ possit mutari de v.ª in falsam, n̄ mutato obto, illa ... mutari n̄ poterit. R. si n̄ ferat ... in determinata in qualibet hora 3.ª, sd oĩo unã determinet, ... ans, q̃ secus negandus erit; hinc tñ nihil ... in qua n̄ statuimus qualibet ... stingentẽ posse mutari de v.ª in f.ª, sd illã so, quae n̄ determinat tempus hoc potius, quã aliud.

Obit. 2.ª actus de psenti, semper ... notat tempus, quo ... v. g. Petrus currit signat tempus cursũ Petri eo instanti, quo pfert, et n̄ alio, sd ... relata ad illud instans semper ẽ falsa, l. v.ª semper.

q: mini ponit certe, q. Petrus in illo instanti n' pote mutari de currente in n' currentem, ac proinde nec propositio mali debet pati qd actus n' potest repraesentare numero eundem, quam antea repraesentabat sine sui mutatione; q n' significat obiectum tempore subsequenti, qa ad id nario significaret subsequens tempus, nam propositiones et astant verbis ita significant c' tempore; dicere n: Petrus currit includit repraesent. temporis, et cognoscit aliqd in illo fieri, qd n' potest sine repraesent. ipsius temporis

R. neg. maiorem, si ostendat semper motari determinate tempus praesens, in quo profertur, et nunquam indeterminate praesens quo producit, aut conservat, saepe tn. propositiones ita enunciant obiectum de praesenti, ut n' potius determinent hoc praesens, quo producuntur, quam illud, quo conservantur, quia veritas, aut falsitas colligatur ex illo tempore, cui propositio coëxistit producta, aut conservata; unde si quando producitur, n' exstitit obiectum est falsa, et si c' conservat. exstitit, est vera.

Quare lt comparata ad instans, quo profertur, semper sit vera, dum illud praesens existit, erit tn falsa comparata ad aliud praesens transacti adveniens, et sic c' successive ad tempus omne praesens indeterminate significatum, quando exstitit. Neque ideo dici potest, qd propositio mutet significatum; quia n' significabat solum hoc tempus in quo producta fuerat, sed omne praesens indeterminate; unde lt significat c' tempore, at n' c' tempore determinato taliter ut determinet ex modo significandi, potius hoc tempus praesens, quam illud.

Sed ut videas ab omnibus esse admittendas aliquas propositiones, quae quamvis significent c' tempore, n' determinent hanc potius, quam illam differentiam temporis, sed omnes indeterminate, ita ut in ordine ad quaelibet possint desumere veritatem, pono hanc exempli gratia. <u>Antichristus exstitit</u>. nam idem dicendum est de his. Petrus peccabit, Ioannes curret. magister disputabit, et alijs illa propositio significat c' tempore, sed n' determinat tempus immediate futurum, neque mediate sed omne indeterminate, qd probo nam si in tempore immediate futuro sit extiturus

Antichrus, ppo erit va, et si extiturus sit tpore mediate futuro, quod non sit extiturus tpore futuro immediato atque erit va, et denique in quocumque tpore futuro extiturus sit habebit illa ppo veritatem; quia illa ppo non determinat hoc tpus immediatum, quam illud mediate futurum, alioquin ppo non esset va, si non esset extiturus Antichrus in illa differentia tporis, quam determinaret, quod esset extiturus in quavis alia futuri tporis differentia; fertur ergo indeterminate in omnes, alioquin non acciperet veritatem sufficienter a qualibet differentia tporis futuri nec ideo affirmabis significationem mutare illam ppem, quae est va, quia Antichrus extiturus est mille ab hinc annis ex eo, quod esset va, quia extiturus esset anno sequenti, ut posuit.

Obit. 3. scia visionis Dei infallibiliter cognoscit futura libera, quia licet futura ipsa suis caussis comparata possint esse, et non esse, tamen scia Dei non comparat ad illa nisi in genere ss determinata, et extra suas caussas existentia, ex qua determinatione, et suppositione libera creaturarum sumitur infallibilitas dictae sciae, quia ex suppositione, quod res sit futura, non potest non esse futura. Similiter noster actus v. g. Petrus currit tota hora 3a. est verus ex suppositione quod Petrus currat tota hora 3a; si vero non currat, erit necessario falsus; at vero necessario curret tota hora 3a, et non curret; ergo actus necessario erit verus, aut semper falsus.

Resp. si ille actus Petrus currit tota hora 3. determinet sibi peculiarem horam tertiam, ita ut non feratur indifferenter in omnes horas tertias, concedendum esse totum; erit enim aut necessario verus semper, aut necessario falsus ex suppositione, quod semel non currat Petrus tota illa hora tertia determinata, aut currat. atque hoc pacto servatur comparatio cum dicta scia visionis; ceterum si ille actus non sibi determinet peculiarem horam tertiam; omitto totum, quod de dicta scia affert Thur. et nego ita se habere nostrum actum, quia dicta scia ideo est infallibilis, quia non fertur indifferenter in differentias tporis, sed omnino determinate; non enim afferit Antichrum peccaturum non determinando futurum ullum tporis in speciali, sed esse peccaturum in tali differentia tporis futuri determinata, non autem sic

noster actus, qui indetrate fert' in oes horas tertias

Hinc colliges solut^s alterius difficultatis de actu fidei ab alijs obiectae; actus .n. fidei etiā de rebus 9tingentibus n' posse mutari de veris in falsas, q^a dependent a dia revelat^e, et autborit^e tanquā ab obto frali; dia autē autb^ritas, et revelatio movere nequeunt ad rē falsā, ac pinde actus dia fidei alligat' tpori a revelat^e pscripto. qā possit intus illud obiē q alia dispa credere fide dia, q^a nequit ee absq^3 revelat^e, cui nitat'. Solent alij obijcere. actus voluntatis nequeunt mutari de bono in malū; ḡ nec^s actus intus de v^o in falsū. Certe vice versa ego uterer hoc argto; actus voluntatis potē mutari de bono in malū; ḡ et actus intus de v^o in falsū; anā pbo nā si quis velit sacrū celebrare ante pbibit^e, erit actus volunt^s bonus, si autē veniat pbibitio, et perseveret actus, quo velit celebrare, erit malus. Ecce successive fit bonus, et malus.

Q^o 29.

An pp^es de futuro 9tingenti beant detrate verit^s, aut falsit^s.

Sect. 1.

Difficult^is puncti, et resolutio quaest^is

Futurū 9tingens duo affert et ee futurū, et ee 9tingens. futurū appellamus, qd so' erit sequenti tpore, s^t pteritū, qd fuit, et mō n'ē.

qd sti. a. 20. Deinde si mō ē, et etiā erit, aut fuit nō dr̄ proprie futurū, aut præteritū, potē tn̄ dici futurū quoad conservationē, quia illa conservatio
mō nō ē, sed erit: l. præteritū quoad 1ā productionē, quia hæc fuit, et mō nō ē.
Contingens ē, qd absolute potē ee, et potē nō ee, nec sufficit posse ee,
aut nō ee, ut male roves aliqui docent. Deū n. existere nō ē contingens,
summe bonū Deū peccare, et nihilominus potē existere, aut nō exis-
tere peccare, l. nō peccare, quia requiritur ad contingentiā effectus, qd possit ee
et possit nō ee. Scis iā qd sit futurū, qd sit contingens, audi nunc,
qd sit propositio de futuro contingenti: illa ē, quæ enunciat aliqd eventurū
tpore sequenti, qd potē nō evenire. ut Ioannes curret. Antichrīus pec-
cabit, qd si fuerit negativa, enunciabit aliqd nō eventurū tpore sequenti,
qd tn̄ potē evenire.

Hoc supposito nō dubitavit Arīles, qd propositiones de futuris habeant determinate veritatē si sint de obiecto necessario, ita ut enunciat, aut
determinate falsitatē, si impedierit ita se habere, ut enunciat; hoc enim docuit expresse. 1. perih. c. 8. de oibus propositionibus etiā singularibus, sed neque
negavit veritatē determinatā, aut falsitatē in propositionibus ulibus de futuro contingenti,
sed negavit in singularibus, putavit n. ex duabus propositionibus singularibus
de obiecto futuro contingenti neutrā ee determinate vā, aut determinate falsā, ita
ut si formes has propositiones: Petrus disputabit. Petrus nō disputabit, et interroges
de 1ā, aut 2ā, an habeat determinate veritatē, negandū sit in sententia Arīlis.
similiter negandū sit, si interroges, an habeat determinate falsitatē, quia illi neutra
pars contradictionis determinate convenit, sed disiunctim, et indeterminate, hoc ē.
potē de illa affirmari, qd sit vera, l. falsa, nō qd sit determinate vā, nec
qd sit determinate falsa, donec eveniat ipsū futurū, qd enunciat. Hanc
doctrinā Phi nonnulli recipientes dicunt contradictorias de futuris contingentibus
ee neutras, l. indifferentes, eo qd id, qd enunciant, neque sit vū, neque
falsū, sed utrumque potē habere; et ideo aliqui dicunt habere veritatē ex-
pectatā, seu veritatis expectationē. sic Parisienses quidā relati ab Stephano.

Bulipher: apud P. Vallium, et Jimb.

Hæc opinio adeo absurda est, ut cum ipso naturali lumine videatur pugnare. conantur nonnulli eam benigne interpretari, sed ipse omnis interpretationes vincit esse falsas. si legant, quæ capite illo. 8. docet. Videant PP. Jimbus hic. q. unica. a. 3. prolixius rem discutientes; melius quam procedunt qui asserunt Pluri in hac quæstione turpiter. P. Suar. in opusc. Lib. 1. de scia Dei. c. 2. n. 11. S Bonav. Greg. Maior. apud eundem, et P. Vall. 1. p. dp. 66. n. 11. necesse est cum malæ causæ peius patrocinium suscipiat.

SS. PP. et Catholici dd. unanimi, consensu oppositum recipiunt docentes determinate reperiri veritatem, aut falsitatem in propositionibus de futuro contingenti. S Cyril. Lib. 9. in Ioannem. c. 10. S Damasc. dialogo contra Manich. S Aug. de civit. Dei. c. 10. S Hieron. Isaia. 16. S Boëtius in librum Arist. citatum edit. 2. S Iustinus. M. q. 58. Origenes. Lib. 7. in cap. 8. ad Romanos, et Lib. 2. contra Celsum pagina. 78. Stephanus Burlipher. a. 2. in solutionibus argumentorum. Magist. in. 1. dist. 38. et apud Jimbum citatos. Richard. Ockamus, Maior. Gabr. Scot. Lichet. Aliacensis, Abulensis, Sotus, Cordub. quos ipsi sequuntur. a. 4. P. Val. 1. p. dp. 66. c. 2. et 3. P. Hurt. dp. 9. de anima sect. 6. subs. 2. edit 2. et apud Vallium tomo 1. L. lib. 1. parti. q. unica. c. 5. §. 2a sententia Marcilius Cirstensiensis. Franciscus de Maironijs. Alphonsus Toletanus, et Thomas Anglicus.

Sect. 2. Hæc P P, et Catholicorum sententia rationibus confir.

1a. Pro. illa propositio est determinate vera, quæ actu conformatur cum suo obiecto, et illa determinate falsa, quæ actu difformatur; sed ex duabus contradictorijs propositionibus de futuro,

singulari contingenti, altera actu conformatur cum suo obiecto, altera difformatur; ergo altera erit determinate verita, altera. maior clara est ex definitione veritatis. Probatur minor, quia illa propositio de futuro singulari contingenti actu conformatur cum suo obiecto, cuius obiectum ita erit, sicut ipsa actu enunciat, et obiectum contradictoriae aliter se habebit, atque ipsa enunciat, sed obiectum unius propositionis de futuro singulari contingenti ita erit, sicut ipsa actu enunciat, et obiectum contradictoriae aliter se habebit; ergo illa erit determinate vera, ista determinate falsa. Confirmatur quia ab uno contradictorio obiecto negato valet immediata, et determinata consequentia ad aliud contradictorium affirmandum; ergo si negas Petrum die crastina peccaturum; re ipsa, et determinate debes admittere quod non sit peccaturus crastina die re ipsa, et determinate; igitur illa propositio, quae nunc afferreret Petrum esse peccaturum crastina die re ipsa, et determinate esset actu falsa, et nullo pacto vera, aut indifferens; quae vero nunc afferreret non esse peccaturum die crastina re ipsa, et determinate, esset actu vera, et nullo pacto falsa, aut indifferens; ergo prior esset determinate falsa, 2a determinate vera. quod si concedas esse determinate peccaturum die crastina, fiet argumentum contrario, et quae concessa est falsa determinate, concedenda erit vera, et quae concessa est vera, concedenda erit falsa.

2a. ratio ex dictis ipsius Aristotelis admittentis determinate veritatem et falsitatem in propositionibus universalibus de futuro contingenti. Accipio hanc veram. omnis homo flebit ista universalis est vera determinate, et actu; ergo et omnes subalternatae determinate, et actu, quae ex illa deducuntur singulares; consequentia patet, quia nequit stare determinata veritas subalternantis, sine determinata veritate singularium subalternatarum. Confirmatur quia ratio inducens Aristotelem ad negandam determinatam veritatem propositionibus singularibus de futuro contingenti est indifferentia obiecti singularis ratione contingentiae; sed in obiecto propositionis universalis datur eadem indifferentia ratione contingentiae, quia sicut contingens est Petrum crastino die flere, ita contingens est omnem hominem flere; ergo sicut propositionibus universalibus conceditur determinata veritas non obstante indifferentia, et contingentia obiecti, ita concedenda est propositionibus singularibus

n͂ obstante eadē obti contingentia.

Infr. 2°. sumendo illā ulē falsā oēs hō flebit; q̄ erit vª hæc cōdictoria, aliquis hō n͂ flebit: nunc hæc cōdª particularis ea roē ē vª, qª unus hō singularis, et in particulari flebit qualibet n. ergo partis vera verificat in aliquo singulari determinato; demus q̄ qd illa partis verificet, qª Petrus n͂ flebit, etiā si futurum sit, ut cæteri fleant; q̄ iā erit vª determinate hæc singularis Petrus flebit, qª ubi verificat ergo partis, verificat et aliqua singularis.

3ª roō ex Pe Hurt°, qª res aliqua fit, hæc determinate ee, sd res, quæ modo fit determinate toto tpore pcedenti erat futura determinate; q̄ oia futura ss determinate; cōa prō, qª per eandē existentiā, qua res modo ē præsens, fuit futura toto tpore pcedenti, quo pexstitit talis existentia, negō q̄ fuit determinate futura, qª id habuit per existentiā determinatā; ary ostendr qª ab existentia effectus in hoc tpore vocat effectus preteritus toto tpore subsequenti; q̄ ab eadē existentia fuit futurus toto tpore pcedenti, qª hæ denominatões sumunt per cōparatõe ad diversas tporis partes pcedentes, et subsequentes.

4ª roō diā providentia periclitaret. P. qª Deus ignoraret futura singularia, an. s. ponenda eent, l. n͂; et sic quotidie exponeret frustrationi in applicatione mediorū, immo ut provideret supponeret res iā existentes sine providentia. 5ª roō. Deū haberemus ignarū futurorū singularium contingentium; quare n͂ eet cōsulendus de rebus eiusmōi, et cōsultus nesciret vere. 6 roō diā authoritas d. pessum iret, l. ad minus fluctuaret, qª Dei pdictiones n͂ eent in- [cc͂ª hæc futura] fallibiles, et væ, sd væ, aut fæ disiunctim, donec eveniant, aut n͂ eveniant obta enunciata; quare n͂ eet credendū pphetijs, et pdictionibus divinis, sd expectandū, donec cōstaret de verū eventu. iuxta Moyses dubitaret de Pharaonis induratione, dicente Deo, ego

indurabo cor Pharaonis, quae erat propositio de futuro singulari, et contingenti. Iure Adamus dubitasset de veritate divinae praedictionis, in quacumque hora comederitis morte moriemini. Neque Eva teneretur fide certo here deo dicenti in dolore paries filios tuos, quae non erat determinate vera, quod praedicebat, neque divina propositio, quae praedicebat in sententia impugnata. Neque Christus dixisset determinate verum, quando ad discipulos. unus. dixit vestrum me traditurus est. et ad Petrum. hac nocte priusquam Gallus cantet, ter me negabis, certe divinas praedictiones mendacio exponere, aut determinate veras esse negare impium est.

Nec quod Deus ponatur suspensus, et indeterminatus circa eventum futurorum contingentium singularium, si nihil de illis affirmet, vel neget, aut si affirmet, vel neget, ne exponatur falsitati. dicendum est illum cognoscere determinate omnia futura contingentia singularia, ea ratione, qua eventura, aut non eventura sunt, atque ideo cognoscit determinate Antichristum peccaturum, et hanc propositionem Antichristus peccabit quam id ego enuncio esse veram determinate; quae evidenter videt obiectum meae propositionis ita eventurum, sicut enunciatur, maxime hoc negari non posset, si praecedentem propositionem ita modificarem. Antichristus peccabit ea differentia temporis, et eo modo, quo Deus scit illum esse peccaturum. Praeterea ex quibuscumque contradictorijs de futuro singulari, altera dicit idem, quod propositio divina; altera aliud; sed propositio divina est determinate vera quae dicit obiectum, sicut futurum est; ergo propositio creata, quae idem dixerit, erit determinate vera, quae aliud dixerit, determinate falsa. Nec percipio, quo pacto ante peccatum Petri fuerit determinate vera haec Christi propositio. ter me negabis, et non fuerit determinate vera haec ab aliquo Apostolo prolata. Ter Petrus Christum negabit.

Sect. 3. Obiectiones

Obiectio. Ex opinione hactenus probata infertur omnes propositiones veras de futuro esse ex aeternitate veras, et omnes falsas similiter. Probatur quia si hodie vel n-

hæc pp° Antichrus peccabit, et fuit vᵃ heri, nudius tertius, et mille abhinc annis, et denique per totam æternitatem, cum nullum fuerit instans, quo non fuerit vera Antichristum esse peccaturum. Similiter si hæc propositio est falsa. Antichristus salvus erit. et fuit falsa ab æterno, cum nullum fuerit instans, in quo non fuerit falsum, quod Antichristus futurus sit salvus; ergo ab æterno fuit falsa illa propositio. Hac via dabimus, ut ecce colligunt absurdum a nullo catholico admittendum; ergo res, quæ eventuræ sunt, necessario eventuræ sunt, et quæ non eventuræ sunt, necessario non eventuræ sunt; probant consequentiam, quia res, quæ ab æterno eventuræ sunt, necessario eventuræ sunt. Probatur, quia res, quæ ab æterno sunt eventuræ, non possunt non evenire, et quæ non sunt eventuræ, non possunt evenire, nullum enim instans est, in quo possint priores non evenire, et posteriores evenire. sed res, quæ ita eventuræ sunt ut non possint non evenire, necessario eventuræ sunt; et quæ ita non sunt eventuræ ut nequeant evenire, necessario non sunt eventuræ; ergo. ex quo præterea licet inferre nostros actus liberos non esse liberos, neque ullum dari effectum contingentem. Sed iniquum est, et contra evidentissimam experientiam; ergo veritas determinata concedenda est propositionibus de futuris contingentibus. ex qua recte colligitur effectum: et verum omnium necessitas.

Respondeo admittendo. propositiones, quæ modo veræ sunt, esse ab æterno veras, et similiter, quæ falsæ sunt, esse ab æterno falsas; in hoc tamen sensu non quod ipsæ sint ab æterno, et veritatem habeant. (loquor de veris e.g.) sed quod ab æterno possit cum veritate affirmari, quod sint veræ, et verum illud, quod enunciant; sed distinguo consequentiam postea collectam; ergo res, quæ eventuræ sunt, necessario eventuræ sunt ex suppositione, quod eventuræ sint, concedo consequentiam; absolute, et nulla facta suppositione, nego consequentiam; Ad probationem similiter distinguo. res, quæ ab æterno eventuræ sunt, necessario eventuræ sunt ex necessitate absoluta, nego assumptum; necessitate ex suppositione, concedo. similiter distinctionem applica probationi; necessitas itaque ex suppositione non tollit libertatem, aut contingentiam, sed necessitas absoluta. quare in futuris dicendum est res ab æterno ita esse futuras

ut absolute, et nulla intellecta supp.e futuritionis, potuerint n̄ ee futura, ac p inde n̄ nario sed contingenter ab aeterno ss futura; q tn̄ ex supp.e qd futura sint, n̄ possint n̄ ee futura, c' nequeat componi n̄ futuritio c' futuritie, dnr nario futura ex supp.; ia colliges, quā immerito colligat in argto nros actus n̄ futuros liberos, neqs illus effus contingentis.

Replicas ppones nariae dici solent aeternae verit.is, quia verae ss ab aeterno, contingentes vo n̄ dicunt aeternae verit.is, q. so bent veritem in tpore, n̄ ab aeterno; g falso dicis ē ppones de futuris contingentibus bere veritem ab aeterno. Recte solvit instantia a Dimb.a ppones narias dici aeternae veritatis, quia ss ab aeterno vae de psenti; contingentes vo n̄ dici aeternae veritatis, quia n̄ ss vae de psenti, sed so de futuro, aut per ordinē ad enunciatem de futuro. ab aeterno. n. vs vel de psenti hac ppo bō ē al, hac vo so in tpore. bō currit

Obit. 2. ab eo qd res ē, l. n̄ ē, ppo dr va, l falsa, sed nullus obts ppo is de futuro contingenti mō ē; g nulla ppo de futuro contingenti ē detrata va; minor p. quia si obts ppo is mō eet eet psens i. g n̄ obts ppo is de futuro. Ostr quia contingens ē qd indifferens ad ee, et n̄ ee; g ppo de futuro contingenti ē indifferens ut coniungat c' suo obto, et ut n̄ coniungat; g n̄ ē detrata va, neqs detrata falsa, sed indifferens; pbo coq, quia si eet detrata va, eet detrata ut coniungeret, et c' suo obto; si detrata falsa, eet detrata ut n̄ coniungeret.

Rx disting.do min.; nullus obts de futuro mō ē existens de psenti, ocedo min.; nullus ē mō futurus nego min. ad ppones de futuro n̄ requirit, qd mō existant eorū obta, sed, qd exstitura sint pro ea tpris diffra, qua de futuro enunciant. Ad ∂fs. distgo. ans contingens oparatus ad causas n̄ dus detratas ad illius pductem, et indifferens ad ee, et n̄ ee, ocedo ans; oparatus ad causas detratas ad pductem, nego ans. quare negamus qd ppo de futuro contingenti n̄ sit detrata

vā, q^a obtū contingens determinatū est iam ut sit futuro tempore, atque ideo ipso determinata est, ut coniungatur cum suo obiecto.

Sed obiicies 3°. replicando. Obtū contingens dependens a caussa, quae nondum existit, non est determinate futurum; ergo propositio, quae tale obtū enunciaret, non esset determinate vera, per te ipsa; probatur ans, quia obtū non est determinate futurum, quandiu causa non est determinata ad producendum tale obtū, sed causa nondum existens, quandiu non existit nequit determinari ad producendum; ergo nequit obtū illud esse determinate futurum; explicatur sic, et confirmatur in hac propositione Antichristus peccabit, cuius obtū nondum est determinate futurum quia nondum se determinavit Antichristus ad peccandum; nam eodem modo se habet modo Antichristus, ac si nunquam esset futurus, aut peccaturus; sed si nunquam esset futurus, aut peccaturus, non esset determinatus ad peccandum; ergo neque modo; si assignemus quod habeat modo Antichristus, ratione cuius dicatur et sit determinatus ad peccandum, quod non haberet, casu, quo non esset peccaturus.

Rx. si ans aliter procedat, illud negando, plura obta determinate sunt futura, quae pendent a caussis modo non existentibus. Ad probationem distingo maiorem, quia tamen causa non est determinata de futuro saltem, concedo maiorem; quandiu non est determinata de praesenti, nego maiorem; talis debet esse determinatio causae, qualis est determinatio effectus et cum determinatio effectus sit de futuro, ita et determinatio caussae; itaque sicut bene stat aliquam caussam non existere nunc, et futuro tempore se determinaturam ad operandum, bene etiam stat, quod non sit determinata de praesenti, quandiu non existit, sit tamen determinata de futuro. Ad exemplum Antichristi in confirmatione adductum, iam facilis est solutio; illud solutione eget. Eodem modo se habet Antichristus ac si nunquam esset peccaturus, aut exiturus; distingo eodem modo. comparatione temporis praesentis concedo; temporis futuri, nego; manifestum est. n. quod si nunquam esset exiturus aut peccaturus, non possemus modo asserere cum veritate, quod esset exiturus, aut peccaturus; modo autem id possumus; ergo non eodem modo se habet, ac si nunquam esset exiturus, aut peccaturus.

Obiic. 4. si miracula sententi[a]e ut v. [illegible], inutiles essent.

ssultat^s ad nos, huas; inutiles orones, et preces, tu ad res dias, tu ad huas; q nra sent^a nec tenenda nec tolleranda. Sq P. assumpt; q in nra sent^a una pars ɔdictionis e detrate v^a ab æterno, altera detrate falsa; q quæ vera e, ɔ ab æterno infallibiliter eveniet, q f^a infallibiliter n eveniet; nunc qd duces, et medicos ssulimus, hos ad salutē, illos ut victoria obtineamus? nā si ab æterno v^a e, qd salus e a nobis obtinenda, et victoria consequenda, infallibiliter ita eveniet; frustra q adhibemus medicos, et duces, sine his obtinebimus intent; qd si hæc pars falsa sit, et ab æterno falsū e, qd obtenturi simus victoriā, et salutē; sine fructu q ssulemus duces, et medicos ras. n. quæ ab æterno sent nec futuras, nunquā reddent futuras, quantumvis applicent media; siliter siquis peccaturus e tpore sequenti frustra recurrit ad Deū, ne peccet, nequit. n. Deus efficere, qd futurū n sit futurū; qd si n e peccaturus, infallibiliter n peccabit, quis in Deū nulla fundant preces. idē dicendū e de precibus ad grā obtinendā, ɔsequendā gloriā, et fugiendā gehennā.

Rx negᵒ id, qd assumit; ad pb^s Rx concedendo integrū enthymema. intellecto ɔente de infallibilit^e ex supp^e. Ad interrogat^s reo, ideo nos ssulere medicos, et duces, q sæpe salus obtinenda e, q^a medicos ssulimus, et medicinas ab illis pscriptas applicamus; idē de ducibus ad victoriā. Eodē prsus mō preces ad Deū fundimus, q^a si ea, quæ postulamus, obtinenda ss, sæpiss^e ideo obtinenda ss, q^a preces fundimus, nec aliter obtinerent; Q^a petisti sapiā, et sciā, ut iudicare possis populū meū. (Deus ad Salomonē. 2. paralip. 1.) sapia, et scia data ss tibi.] Ecce q^a postulavit data e sciā Solomoni; q tpore antecedenti tribuenda, et futura erat. a Deo, q^a postulanda. quare n ss inutiles preces, et ssultat^s in mea sent^a, sd utiliss^æ. et sæpe valde naria ad ɔnalia dona, ad adipiscendā grā, et gloriā, et vitandā gehennā.

Sect. 4. Argt͡ꝫ' ↄtendens dia scia esse fallibile in nra sentª.

Si nra ꝑꝑª de futuro ↄtingenti herent detratꝫ verit͡s, illā a fortiori haberet dia scia; cognosceret. n. et afferret detrate Prꝫ. v.g. die crastina peccaturū. Qd ee falsū P. ex eo qd dia scia eet fallibilis: Sic argtor. stante dia scia de futuro peccato Petri. die crastino. Prꝰ libere ē peccaturus; nā dia scia n' tollit hoibus libert͡s; ꝭg potē n' peccare Prꝰ die crastina, stante dia scia, sd ex eo qd Prꝰ possit n' peccare die crastina. stante dia scia, hec potē falli, si cognoscat, et affrat detrate Prꝰ peccaturū, posset. n. obtꝫ aliter here, ac scia dia repsentat; ꝭg dia scia fallibilis eet, si heret detratꝫ verit͡s

Rꝫ admittendo qd dia scia heat detrate verit͡s, et negat hinc inferri, qd dia scia sit fallibilis; Ad vͦd, quo pr distingo coñs; ꝭg potē n' peccare ↄponendo n' peccatꝫ c' scia de peccato, nego coñ; ↄponendo c' dia scia potē ad n' peccandꝫ in sensu diviso scia, ↄcedo coñ; distingo etꝫ ꝑꝑª immte assumptꝫ; sd ex eo qd Petrus possit n' peccare die crastina, stante dia scia, hec potē falli, si possit ↄponere n' peccatꝫ c' scia Dei de peccato, ↄcedo, secꝰ nego. posset quidē obtꝫ aliter here in sensu diviso scia, et nulla facta suppª futuritionis, sd ꝯ casu quo obtꝫ aliter heret, scia Dei n' affrret, qd nō affrret, sd oppositꝫ, unde longe abē ut fallat l. falli possit.

Replicas si stante dia scia de peccato futuro, die crastina Prꝰ n' peccaret; re ipsa dia crastina falleret scia Dei; sd potē reipsa Prꝰ n' peccare die crastina, stante dia scia ꝭg hec potē re ipsa falli; minꝰ pbo, qª stante dia scia de peccato

Prus libere est peccaturus; ergo ita est peccaturus, stante dia scia, ut possit non peccare, quod autem admittenda sit sylli cwa. Pr., quia ex politate antis recte infert politas cwentis, sed ex hoc anti. Si stante dia scia de peccato futuro, Prus re ipsa non peccaret, infert hoc cwens fallleret dia scia; ergo ex polite illius recte infert politas huius; sed est pole illud ans, quia pole est, stante dia scia Prus non peccare; ergo pole est falli dia scia. Urget. stante dia scia pole est Petrum non peccare; reducatur ad actum talis poa, et sic potest non peccare stante dia scia, non peccet eadem stante, quia poli posito in esse nullum sequitur inconveniens, ut fert cwe eloquium, sed si re ipsa illa poa reduceretur ad actum falleret dia scia; ergo si potest ad actum reduci, potest falli dia scia.

Resp. concessa maiori, disting^{do} minorem; sed potest re ipsa Prus non peccare die crastina etc^a. taliter ut possit iungere non peccatum cum scia Dei de peccato, nego minorem; taliter ut iungat cum scia Dei poam ad non peccandum in sensu diviso scie concedo minorem; Ad probationem minoris; stante dia scia libere Prus est peccaturus, non quia ita sit peccaturus, ut possit coniungere non peccatum cum scia Dei; sed quia coniungit cum scia Dei poam ad non peccandum in sensu diviso scie; Hine negamus cons., quia ut scia Dei possit falli debet posse coniungi non peccatum cum dia scia, quod non admittimus.

Ad illud, quod cwa probatur ratio. recte quidem inferri ex polite antis polit cwentis; concedo etiam ex illo anti recte inferri illud cwens; sed nego esse pole illud ans, ea ratione, qua ans est illud inferens cwens; nam est ans in sensu composito scie cum non peccato, et hoc pacto non est pole, solum est polis alius sensus compositus scie cum poa ad non peccandum in sensu diviso scie; et sic stante dia scia, solum est pole, quod Prus non peccet in sensu diviso scie, non tamen est pole, quod non peccet componendo non peccatum cum scia. Hine fit. ut si reducatur ad actum 2^a talis poa Prus non frustraretur dia scia; nam cum illa poa non sit ad componendum non peccatum

c' scia ; sd ad ponendu peccat in sensu diviso scia, posito n peccato, et divisa a n peccato scia de peccato, n falleret scia Dei; ad hoc. n debebat dividi, sive auferri scia Dei de peccato ad posit n peccati, cuius oppositu stringit; si autem supponeremus ɔponi n peccatu c' scia Dei de peccato, illa ɔiunctio n eet actus 2us poa, qua de facto dat in Pro, et a nobis admittit, sd alterius chimaerica, qua negamus.

Ex solut applicata argto, et replica duplicem colligo sensum ɔpositu, alteru poa ad n peccandu c' scia Dei de peccato, alteru n peccati c' scia eadem de peccato. 1us sensus ɔpositus e' posbis, et de facto dat, q^a ex eo qd Deus cognoscat Petru peccaturu, n amittit Petrus poa, qua het ad peccandu, ideoq sl iungunt hae verit. Deus cognoscit Petru peccaturu; Petrus het poa ad n peccandu. 2us sensus ɔpositus e' impbis; q^a si eent sl scia Dei de peccato, et n peccatu, scia Dei eet falsa, ac proinde Deus n eet Deus, q^a Deus n e', cuius scia, error e'; qd c' impole sit, impbis e' talis sensus ɔpositus, l. sic impbilit illius sensus ɔpositi collige. scia Dei de peccato, semper ɔiungr c' ipso peccato; q^a e' infallibiliter ɔ^a q si c' hac scia ɔiungeret n peccatu p ea differa ɔpora, qua affrat peccatu extituru, c' peccato ɔiungeret n peccatu; qd impole e'.

Sect. 5. Etu pp^us de futuro ɔditionato hent detrata verit, et falsitate

Propositiones ɔditionales vocamus eas, qua sub aliqua ɔdit, l. circumsta aliqd eventuru enunciant, ut si sol luceret, dies eet.

si Petrus dormiret, caelum tonaret; Nota autem particulam si accipi dupliciter in conditionalibus; uno modo illative, ita ut enunciet illationem unius ex alio, et contra; alio modo quando particula si non capit illative, sed aequivalet particulae cum, idest quando secundo solum denotat concomitantiam, et coexistentiam conditionis et veritatis sub ea conditione enunciatae; ut si Turca dormiret, Papa vigilaret, idest quando Turca dormiret, Papa vigilaret, quasi dicat. simul concurrent, et coexistent Papae vigilia, et Turcae somnus; neque infrequens est usus hic particulae si. videantur Thesaurus Linguae Latinae. Littera. S. et particula si. Emanuel Sa. in caput. 12. Joannis. versu. 3. et Lambinus in Horatium - Lib. 1. epistolarum. epist. 2.

De conditionalibus, in quibus particula si capit illative, dubium non est, quin habeant determinatam veritatem, et falsitatem, nam cum enunciant connexionem, et illationem unius ex alio; vel natura ipsa infert, vel non infert, si infert, esse veram, sin autem non infert esse falsam; immo et semel veram, semper esse veram, et necessariam; quae semel falsa, impossibilis, et semper falsa; fatentur hoc Summulistae, et nos in compendio de conditionalium veritate in sensu illativo.

Sed in hoc sensu adhuc est duplex conditionalium species altera earum, quae important conditiones aliquomodo conducentes ad veritatem, quam enunciat, ponendam, ut si Deus peccatorem cras vocaret peccator resipisceret, et converteret; nam Dei vocatio conducit ad hoc, ut peccator resipiscat, licet non inferat necessario conversionem, neque det ad hanc infallibilem illationem ad illam ex illa. Altera species est earum, quae important conditiones omnino disparatas, et nullo pacto conducentes ad veritatem, et huiusmodi propositiones solent appellari disparatae, ut si Petrus curreret, caelum tonaret, nihil enim conducit Petri cursus ad hoc, ut caelum tonet, sed disparata omnino sunt haec

Sit conclusio. Propositiones conditionales non illativae utriusque generis habent determinatam veritatem, aut falsitatem. haec conclusio probari potest pluribus sacrae

pagina, et SS PP. testimonijs. Non omnia referam, quia negotium est Theologicum unum tamen, vel alterum attingam. Expressum censeo testimonium ex Lib. 3. Regum c. 12. Scilicet (et sit testimonium pro veritate propositionum conditionalium quae non sunt omnino disparatae.) Si hodie, inquit, obedieris populo huic, et illius petitioni cesseris, et locutus fueris lenia, erunt tibi servi cunctis diebus. Ecce enunciatur servitus populi ex suppositione lenis locutionis, et nihilominus lenis locutio nullam connexionem habet cum servitute populi, sed illi contingenter coniungitur. Non minus evidens est aliud ex novo testamento. Matthaei. 11. et. Lucae. 10. ubi Christus dominus ait. Vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro, et Sydone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, olim. (i. iamdiu) in cilicio, et cinere poenitentiam egissent. En certissime Christus praedicit Tyriorum, et Sydoniorum poenitentiam ex hypothesi eius conditionis. 3um testimonium petitur. ex Luca. 22. ubi Christus interrogatus. Si tu es Christus dic nobis, ait illis; si vobis dixero, non credetis mihi, si autem et interrogavero, non respondebitis mihi, neque admittetis. Accedit Aug. lib. de dono perseverantiae. c. 9. Cur. n. non dicatur, inquit, et ipsum evangelium cum tanto labore, passionibusque Sanctorum frustra esse praedicatum, vel adhuc etiam praedicari, si iudicare poterant homines, etiam non audito evangelio suam contumaciam, vel obedientiam, quam praescivit Deus eos habituros fuisse. si audivissent.

Pro veritate conditionalium disparatarum egregium est testimonium ex. Lib. 4. Regum c. 13. ubi Regi Ioas dixit Elisseus, Percute iaculo terram, et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset, iratus est vir Dei contra eum, et ait, si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consummationem.] Videas ab Elisseo praedicatum eventum conditionatum ex Dei revelatione certissime eventurum sub conditione disparata, nulla n. connexionem habet percussio terrae iaculo cum desolatione Syriae. Leg. caput. 2um eiusdem lib. et c. 38. Hieremiae.

1 rō e', qª qualibet ppº cditionalis n' illativa enunciat obtū sub cdit. futurū, l. q ita erit sub illa cditē, sicut ppº enunciat, l. n' erit. º si 1ū ppº e' vera. si 2ū fª i q ppˢ cditionata n' illativa bent [illegible] verit., aut falsit. : Explicat' hæc in una ppᵉ disparata ex qua ad aliā etiā n' disparatam vi, ostabit. Si Petrus disputaret, Turca dormiret: hæc ppº afferit futurā eo tpore Turcæ dormitionē, quo Petrus disputaret, l. futura erat dormitio, qdo Petrus disputaret, l. n'; si erat futura, ppº e' determinate vª, qª conformat' c' suo obto; hoc. n. ita se hēt, sicut enunciat'; si n' erat futura; ppº e' determinate falsa, qª n' conformat' c' suo obto.

Confr. qª posita Petri disputatione, re ipsa ponit Turcæ somnū, l. negatio somni; demus re ipsa poni somnū; q qdo Petrus disputat, Turca dormit; demus q qd ante positionē actualē disputationis Petri, et dormitionis Turcæ, quis proferret hanc ppē; si Petrus disputaret, seu qdo Petrus disputaret, Turca dormiret; n' ne verū diceret', procul dubio; nā qdo re ipsa poneret Petri disputatio c' Turcæ dormitione, ii, qui ppē cditionalē antea audierant, fa-terent' verū prædixisse. q bent determinate verit. ppˢ disparata.

2ª rō. Deus affirmat hanc ppē ee verā, quā nuper posui, et eius cdictoriā ee falsā, l. e converso: scit. n. evidenter quānā illarū conformet c' suo obto; q hēt una verit. determinate, et altera falsit.; ans pbo, qª aliter nesciret Deus, qd obtū ex cdictoriis illis eet eventurū, et suspensus maneret; unde mille absurda colligunt'. 1. Deū n' ee interrogandū de futuris cditionatis disparatis, qª n' posset determinate resp.; n'. n. sciret an Turca eet dormiturus, si Petrus disputaret. Quot hoīes eet cditurus, aut Angelos, si aliū mundū conderet, certo nesciret qd eet eventurū ex mediis positis, c' quo pot.

ciungi effus, et neg. effus, donec eventu ipso disceret, qd stingeret, ex posit. talis medij. Nec pvidere posset, an si hoc poneret, illud aet ponendum, qd disparata sunt, sicq. crebro tentaret incertus de verum eventibus sub cdit. disparata. ~~3. Plurim~~

3., Plurimæ preces ad Deum missæ, otiosæ essent et vanæ; nam cum postulamus, ne nos Deus in hæc, l. illa officia, vlt. aut honores etc. iijciat, si illis abutentes in flagitia, et scelera ruituri sumus; et etiam cum postulamus, ut hæc, l. illa beneficia conferat, si ad æternam salutem effutura sunt, ridiculas petitiones iaculaeremur. Deo nesciente, an officia futura sint in nram ruinam, si conferant, et beneficia in salutem; qd si dicamus, ut dicendum est hos preces, et illas ee utiles, et dicendum cognoscere Deum, qd sit eventurum sub quacumq. cdit. disparata et hypothesi: ppes quæ enunciaverint id, qd Deus cognoscit ita eventurum, et Deus cognoscit, erunt veræ et determinatæ; ex cdijs autem semper una enunciabit obiectum ea rone, qua Deus cognoscit eventurum, aut non eventurum.

Sect. 6.

Adversæ partis obiecta solvunt.

Obies. 1. impole est, qd ppo cditionalis sit vera, qn sit effus cditionate futurus; sed effus numquam erit cditionate futurus, neq. ee potest; ergo neq. ppo cditionalis erit vera, aut ee poterit; minor ostendr. impole est qd effus sit futurus independenter a sua ca, sed decretum diæ voluntatis est 1a, et ultima ca efficiens; sed cum in Deo non dent. decreta rui effus futuri sub cdit. disparata, nullus effus erit futurus sub cditione

neqß ea poterit, q^a ee n̄ pote sine decreto.

R̄ neg^do min. ad pb. dic ea roe, qua effus e futurus dependere a sua cā, et q^a effus e sub cdit^e futurus, sufficit dependentia a cā etā sub cditione futura, quare effus cditionalis, n̄ requirit decretū actu, et absolute existens in Deo, sd postulat decretū cditionatū ex p^te actus, nimirū illud, qd foret, et Deus haberet, si talis cditio poneret, sub qua effus afferet.

Obies. 2. si hac pp^s haberent cditate verit^e, talis veritas fuisset ab aeterno; nā si nuc v^e e, qd si Petrus deputaret, Turca dormiret, nunc verū etā fuit heri, nudius tertius, et reliquo tpre ante nunc sit. H. hac veritas e ficta, v. realis? si 1^s, pp^s erunt fictitiae v^ae. si 2^s, cg. c^s veritas hac sit aliqd creatū, ab aeterno existit aliqd reale creatū, qd absurdū e; n̄ cg. dat veritas cditata in his pp^s, q^a nihil reale creatū fuit ab aeterno, per qd sint v^ae. R̄ de duplici verit^e reali intelligi posse argtū, de frali. s. et obiva, seu obiv. pp^s v^ae; si de frali loquat, negandū e, qd veritas fralis creata fuerit ab aeterno, aut tpre ante, in quo n̄ fuit pp^o creata, q^a hac claudit essaliter in recptu essali veritatis fralis, ut pbavi s^a; si v^o loquat de verit^e obiectiva, dicendū e illā fuisse ab aeterno futurā sub cditione n̄ absolute existentē; nā veritas obiva cditionalis affrativa pp^s nihil e aliud, quā effus. ut cditionate futurus, qui quidē n̄ existit absolute ab aeterno, sd sub cditione.

Obies. 3 si futura cditionata haberent aliqd ee cognoscibile, illud Deus cognosceret ante oe decretū liberū, sd ante oe decretū liberū diū nullū ee tale cognoscit; cg.: minor P. q^a si ante oe decretū liberū Deus cognosceret futurit^e sub cditione, cognosceret effus ponendū absolute ex sola positione cditionis, qd falsū e; n̄ m. Petrus converteret gratia per positionē vocationis, nisi Deus sl decerneret concurrere ans. fir, q^a pp^o cditionalis, aut veritas, posita cditione, transit in absolutā.

Instr. quia si ante omne decretum liberum Petri est futurum peccatum Petri sub hypothesi tentationis. posita tentatione non libere peccaret, quia non poterat aliter absolute evenire, quam futurum fuerat conditum sub conditione, et tamen haec conditio futuri sub conditione fuit antecedens usum libertatis; ergo non libere peccaret, posita tentatione.

Resp. concedendo maiorem de cognitione ante omne decretum liberum absolute existens in Deo; nam de cognitione ante omne decretum liberum conditionale futurum, neganda est maior, nam cum prius sit futuritio sub conditione et omnes illius caussae sub conditione etiam futurae, ex vi quarum datur conditionata futuritio, quam cognitio Dei. haec non potest esse ante omne decretum liberum conditionatum, quod est partialis causa futuritionis conditionatae praeexistentis. Ad minorem, illam distinguo, ante omne decretum conditionatum liberum nullum tale esse cognoscit, concedo minorem; ante omne decretum absolute existens, nego minorem. Ad probationem minoris. Deus non videt ex sola positione conditionis ponendum absolute, sed ex positione conditionis cum omnibus suis caussis, quas sed videt sub conditione futuras, neque ita intelligenda est illa maxima conditionales, posita conditione, transit in absolutam, ut sola conditionalis positio sine positione earum, sufficiat ad hoc, ut transeat in absolutam, subintelligit sed earum positio.

Ad Instr. si ostendat, quod Petrus non sit absolute libere peccaturus, falsum afferit; si ostendat, quod non sit libere peccaturus ex suppositione, quod sub conditione se detraxerit ad peccandum, dandum est id quod ostendit; id tamen non est inconveniens, quia minimum non est, quod ex suppositione, quod libere se detraxerit ad peccandum, non possit non peccare, esto absolute potuerit non peccare, quia absolute potuit non se detrahere ad peccandum, neque scientia conditionata infert antecedenter ipsum peccatum, sed consequenter, quia prius est Petrum se detrahere libere sub conditione, et hypothesi tentationis ad peccandum, quam Deum cognoscere Petrum peccaturum sub tali hypothesi; ideo non res cognoscuntur, quia sunt, vel futurae sunt; non vero ideo sunt, vel futurae sunt, quia

a Deo cognoscunt.

Obies. 4. si ppp^{es} conditionata disparata haberent extrate veritatem; illam etiam haberent, ablata conditione, quia hac per accidens disparatè et impertinenter se habet; sed ablata conditione nullam habent veritatem; ergo neque illa posita; minor probatur. Si ab hac ppp^{e}. Si Petrus disputaret, Pappa sederet. auferat 1^{a} parte, quae est conditio, et relinquas 2^{a}. Papa sederet, sine dubio nulla veritas persisteret, sed quedam imperfectus sensus orationis. Resp. neg. maiorem, quia licet conditio se habeat per accidens, disparatè, et impertinenter ad rem sub ea enunciatam, non tamen se habet per accidens ad enunciationem, et illius veritatem; itaque Petri disputatio, conditio est disparata, et impertinens ad Papae sessionem, non tamen ad veritatem huius ppp^{is}. Si Petrus disputaret, Papa sederet; neque ideo dicuntur ppp^{es} disparatae, quia conditiones disparatae se habent ad enunciationes, sed quia disparatè se habent ad veritatem sub illis enunciatam.

Q.^o 30.

In libros priorum, et posteriorum

De 3.^a intus operatione nempe discursu.

Sect. 1. Quid discursus sit, et quot cognitiones ad illum exigantur?

Discurrere dicimur quando ab uno ad aliud currimus, unde mentalis discursus erit, (sumpta metaphora a re materiali) quidam quasi cursus,

transitus ab uno actu, qui dici poterit terminus, a quo, in alium, qui terminus, ad quem; contingit autem mentalis hic cursus modo duplici; aliquando cognitiones successive disponimus, et novas inducimus, quin inter novas et veteres intercedat cognationis vinculum, aut connexio; puta, quando cognosco lapidem, deinde Angelum, deinde bovem, aut equum; priori cognitione dimissa, ad posteriorem advenit hoc pacto saepissime intus discurrendo per varia incertus, et vagus. Aliter aliquando cursus, aut discursus contingit, tunc videlicet, quando ab una cognitione fit transitus ad aliam, cum qua habet connexum, et sine cuius veritate consistere nequit; sic discurrimus, quando ex hac cognitione duplici, omnis homo est animal. Petrus est homo. progredimur ad hanc; ergo Petrus est animal, cum qua connectuntur priores. Utriusque discursus meminit S. Thomas 1. p. q. 14. a. 7. corpore. in scientia enim nostra duplex est discursus. unus secundum successionem tantum, sicut cum postquam intelligimus aliquid in actu, convertimus nos ad cognoscendum aliud. Alius discursus est secundum caussalitatem, sicut per principia pervenimus in cognitionem conclusionum.

